



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

16. Feria 3. Domin. 1. Epiph. In obediendo rationem spectans, & non
auctoritatem tollitè mundo obedientiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

cienda mobiles, vel paralytica membra ad capitis
quos, ut imperium immota; sed sicut globi sphaerici
a, nisi solo halitu mobiles: nec patiar, ut me supe-
rent famuli, ad fores Dominorum exeubantes,
us exp aut universim homines, propter utile terre-
tiaque num pessimis quibusque se subijcientes.

MEDITATIO XVI.

Feria 3. Dom. 1. Epiph.

*In obediendo rationem spectans & non
auctoritatem, tollit e mundo obedientiam.*

Aspiciam Dominum IESUM in obedi-
do non rationem spectasse, sed auctori-
tatem. Petam eum imitari.

Conf. 1. Inobedientem esse, qui obedi-
di rationem quarit: quia pereunte ratione
formali Virtutis perit virtus: ratio formalis
obedientiae est potestas Dei in superiore, cui
resistentes damnationem sibi acquirunt, vel
saltem obedientiae virtutem perdunt, viles
animae, subijcientes se Praelato, quem non
habent loco Christi, in quo semper Deus gu-
bernans spectandus est, quia excepto peccato,
quidquid Superior ordinat, nunquam pote-
state sua excidit. Errant igitur, qui rationem
in obediendo spectant, sicut erravit, qui re-
quirebat Genes. 3. *Cur praecepit vobis Deus?*

Conf. 2. Sicut phantasiae, si paululum ce-
das, mirum quantum illi accedit audaciae:

fic imperia Superiorum non esse confirma-
da quæfitis argumentis ex persona Superi-
ris privata ortis, sapiente, &c minimè aut
ex re quæfitis rationibus; propterea quæ
omnis obediendi difficultas oriatur ex
amore, vel odio inordinato, ut patet ex do-
re ob rem acceptā subsequente, vel impos-

Conf. 3. Posse me rationes obedi-
quære, desumptas ex obedientiæ virtutis
insinuatas medit. 14. pun. 2.

MEDITATIO XVII.

Feria 4. Dominicæ 1. Epiph.

Quid debeamus Præsidi?

Aspiciam D. IESVM dantern Superi-
bus suis tria: Reverentiam, obsequium
fidem. Petam eum imitari.

Conf. 1. Debere me Superiori veneren-
tiam: quia Dominus ait sibi fieri, quod
statatur Superiori. Venerationem conciliat
virtus, ætas, res gestæ: sed super omnia
in Superiore spectatur, Deus.

Conf. 2. Debere me Superiori obsequium
etiam dyscolo: quia etiam in tali est Deus
mandans, cui obedimus: obsequium enim
est facere, quod alteri placet.

Conf. 3. Debere me Superiori fidem
enim in Superiore auctoritas DEI. Sicut
sem natura coëreuit visum, ne audiat, au-